

vivam mactaverat, sunt reperta. Corpus autem viri, utique martyris Christi, qui aderant inspicientes invenerunt carnem ipsam per quot loca catena profunde vulneratam, cruor etiam cilicium passim infecerat. Interea Iohannes Constantiae pontifex, discipulus quondam hominis dei, ad venerandas magistri exequias flens advenit et eiulans. Is autem, dum, ubi potissimum sepeliretur, dubitassent, feretro cum ossibus sacris equis indomitis superposito, frenis abstractis quo vellent laxavit abirent. Illi autem directo itinere locum cellae eius ubi sepeliretur petebant. Ibi ergo sepultus extunc hodieque inter exorabiles amicos dei longe lateque veneratur et colitur'. Von anderweitigen Eintragungen Ekkeharts erwähne ich noch eine auf Gallus bezügliche S. 87 zu X. Kal. Mart. 'In hoc multi errant occidentalium, quia hic non celebratur, sed infra XVII. Kal. Novembris'. S. 178 stehen zu VI. Id. Iul. am Rande zwei Verse:

'Septem passa neces mater moriendo superstes

Hos genuit fratres, nec abortivit morientes',

leoninische Hexameter ganz in der Art Ekkeharts<sup>1</sup>; S. 265 zu XIII. Kal. Oct. 'Hoc festum faciunt Alamanni XIII. Kal. Novembris'; S. 315 zu VIII. Kal. Dec. abermals zwei Verse:

'Felicitas memoranda quidem, quia felicitatis

Hic Fortunatam cēlo sine fine beatam'.

Ausser Gallus und Remaclus ist der h. Otmar am ausführlichsten behandelt S. 309: 'Otmari abbatis apud Sanctum Gallum. Cuius res sibi abreptas, quia apud id temporis regem clamaverat, per ipsos criminis reos apprehensus et in insulam quandam Reni fluminis est religatus. Ibi diuturna fame cruciatus, miseranda inediae morte tandem est finitus atque in ipsa insula vere martyr tumulatus. Post X vero u. s. w. (vgl. Haupt's Zs. XIV, S. 26).

IV. Die Hs. des 11. Jahrh. 681 enthält in ihrem ersten Theile eine bisher ungedruckte 'Invectio canonica Martini papae in Amalarium officiographum', welcher auf S. 6 folgende historische Einleitung vorangeht: 'Forte querit aliquis, quo tempore Martinus papa floruerit. Invenitur autem in cronicis Bedae prespiteri floruisse temporibus Constantini filii Constantini, qui deceptus est a Paulo, qui exposuit typum adversus catholicam fidem nec unum nec duas voluntates aut operationes in Christo diffiniens esse confitendas, quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus. Unde Martinus papa congregata Romae synodo CV episcoporum dampnavit sub ana-

1) Vgl. ausser den früher angeführten Beispielen cod. 279 p. 54:

'Singula millenas nectunt peccata catenas

Sentinam mille faciunt excrescere stillae'

oder p. 109: 'Verba dei plures memorantur habere sapes'.